



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Altissiodorensi Et Trecensi Episcopis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

bus vel aliis fidelibus &c. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temerè perturbare & Salva sedis apostolicæ auctoritate & in predictis Ecclesiæ diocesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularifera persona &c. Cunatis autem eidem loco sua jura servantibus &c. usque in finem. Datum Romæ apud sanctum Petrum per manum Iohannis sanctæ Mariæ in Cofmidin Diaconi Cardinalis S. R. E. Cancellarij Kalendis Februario, Indictione xi. incarnationis dominice anno M C C V I. pontificatus vero Domini Innocentij PP. IIII. anno decimo.

*ALTISSIO DORENSI ET
Tuncenſi Episcopis.*

Epist. 126.
Super aquifi-
cione contra
vassalos ha-
bitacionis.
Fidei regis lib.
1. off. 67. 29.
Episcop. ad
alii. 3. 52.

EX tenore litterarum tuarum, frater Altisiodorensis, accepimus quod licet bona memoria prædecessor tuus, tamquam pastor providus & discretus, super gregem suum noctis vigilias vigilans, à burgo qui Caritas appellatur eliminare laboraverit hæreticam pravitatem cura & sollicitudine diligenter, nondum tamen Babylon illa plene potuit ab huicmodi languore curari; sed quamplures utriusque sexus, qui coram prefato prædecessore tuo quamlibet hæresim abjurarunt, quasi canes ad vomitum redierunt; quibus non sufficit quod dederunt perditioni seipso, sed ad perditionem secum trahere alios moluntur, quosdam hæresiarchas, quos

*Vide Conci-
liale Car-
matican. an. 167.
& Reiner cap.
contra Val-
tulus.

*Consolatores appellant, in vaccas populo-
rum introducentes latenter, qui necent
veneno doctrinæ pestiferæ oves tuas. Her-
veus enim de Lorriaco & Hugo Rapre-
rius & quidam alij, sicut accepisti pro ve-
ro, qui tempore prædecessoris tui, cum
essent hæretici, à villa fugere predicta,
sub mercionibus obtentu cum consanguini-
neis suis nunc adeunt loca suspecta, & per
tres aut quatuor menses commorantes
ibidem, cum redeunt, sicut dicitur, secum
adducunt fani dogmatis perveriores. Tho-
mas quoque Morandus, quem propter
confessam hæresim tuus excommunicave-
rat antecessor, postquam ab Archidiaco-
no Parisiensi beneficium absolutionis ob-
tinuit per quosdam litteras nostras verita-
te tacita impetratas, infamiam jam con-
tractam non studuit exhibitione bono-
rum operum abolere. Vnde cum illum,
tamquam Aethiopem, mutasse non æsti-
mes pellem suam, in pristinam sententiam
postulaisti reduci donec constiterit quod
se reddiderit absolutionis beneficio non in-

dignum. Præterea Gaufridus & W. de Monneto, Stephanus Pasturelli, & .. relicta W. Senneveri, cum tempore dicti prædecessoris tui fuissent super hæresi accusati, ab Altisiodorensi dioecesi recesserunt: qui cùm modò redierint, & tu de fide ipsorum velis, prout ad officium tuum pertinet, certus fieri, in subterfugium malignandi, licet in tua dioecesi suas habeant mansiones, nunc Nivernensis, nunc Bituricensis dioecesis se fatentur. Quare ad prædictos pestiferos & alios de hæretica pravitate suspeccos, ne ipsorum arbusta operiant cedros Dei, apostolicæ sedis falcam apponi suppliciter postulasti. Cùm igitur prædecessor tuus, tamquam bonus agricola, ad captionem vulpecularum illarum, qua moliebantur commissam fibi vineam demoliri, sollicitè institerit ac prudenter, tu super gregem tuum debes sollicitè vi-
gilare, ne lupi rapaces oves tuas rapiant & dispersent, sciens quod quemadmo-
dum in honore, ita eidem & in onore suc-
cessisti. Nos quoque postulationibus tuis
benignum præbentes assensum, fraterni-
tati vestra, de qua fiduciam gerimus ple-
niorem, per apostolica scripta mandamus
quatenus contra præfatas belugas, juxta
quod vobis defuper fuerit inspiratum,
sublato appellationis obstaculo auctorita-
te apostolica procedatis, superfeminatam
zizaniam de agro dominico evellentes, &
plantantes orthodoxæ fidei puritatem.
Contradictores per censuram ecclesiasti-
cam compescendo. Datum Roma apud
sanctum Petrum 11. Idus Ianuarij, an-
no decimo.

*GREGORIO CAPELLANO
Ecclesie de Othcapella.*

CVM dilectus filius Arnoldus Abbas
monasterij de Mildeburg super Ec-
clesia de Othcapella, quam canonice ob-
tinebas, te intenderet molestare, tu ap-
pellationem ad sedem apostolicam inter-
ponens ad nostram præsentiam accessisti,
& apostolicas litteras ad dilectos filios ma-
joris Ecclesie & sanctæ Mariæ ac sancti
Petri Praepositi Trajecten. super eadem
controversia reportasti: qui examinantes
negotium diligenter, & testes recipientes
utrinque productos, ad nos sufficienter
instructum idem negotium remiserunt. Te
vero ac prædicti procuratore Abbatis in
nostra præsentia constitutis, causam ip-
sam dilecto filio Andrea Subdiacono &
Capellano nostro commisimus audiendam.
Coram quo afferere curavisti quod cùm

Epist. 207.
Adjudicatur
fib. ipsa Eccle-
sia.

Q. iii